

VOTA NUPTIALIA

Pro felici felicis conjugii ingressu & pro-  
gressu

VIRI CONSULTISSIMI, AC  
longo rerum Politicarum usu expe-  
rientissimi

DN. IOHANNIS  
KOKEN, PATRICII  
Rigenlis Sponsi,

Nec non

LECTISSIMÆ, HONESTISSI-  
ma, pudicissimaq; Virginis

ELISABETÆ,  
AMPLISSIMI ET SPECTATIS-  
simi Dn. Rotgeri zur Horsten/Reip. Rigen-  
sis Pratoris defuncti relicta & filia  
Sponsa.

Celebrantur nuptiæ 3. Nonarum Julii, Anno  
Epochæ Christianæ clō Io XXIV

RIGÆ, excudebat Nicolaus Mollinus



Durior est quovis ferro virgo illa rigente,  
Quercubus & duris annumeranda venit :  
Quæ juvenis prorsus nullius flagrat amore,  
Cui neq; substernit retia blanda Venus.  
Cum DEUS insevīt tales in pectore flammās,  
Tantum unā voluit vivere carne duos.  
Gratulor ergo tibi JAN præstantissime KOKE,  
Conjugioq; precor prospera fata tuo.  
Quòd tandem vitæ pertasus celibis ipse  
Ætherei sequeris sancta statuta patris.  
Dum tibi conjungis felici fidere Sponsam,  
Cui niveus miti candor in ore sedet.  
Quæ tenet antiquæ laudatum nomen ELISÆ,  
Estque puellaris gloria summa chori.  
Nomen & ELISABE jucundum denotat omen.,  
Conveniunt rebus nomina sæpè suis.  
ELISABETHA Dea procreavit nuntium sonat: illa  
Assidue tibi sic lene juvamen erit.  
Nuntius auroræ nam quantum Lucifer ortu  
Præclaro rutilans astra minora premit :  
Tantum Sponsa alias superat virtute puellas  
In cujus vultu forma pudorq;e vigent.  
Salve JANE mihi lætamque exporrige frontem.,  
Jungetur lateri suavis ELISA tuo.  
Tu quoq; Virginæ decus ac exemplar honoris  
Sponsa animo volvas gaudia summa tuo.  
Quòd conjungaris tali cum Conjuge, cujus  
Tu poteris animi flectere sensa pii.  
Qui teneris annis Musarum sacra secutus  
In patria, hinc petiit docta Lycæa, scholas.

Nec

Nec tantum volvit sinuosa volumina Juris :  
Plurima sed vidit oppida, regna, loca.  
Hunc igitur Sponsum cupidis amplector ulnis,  
Plusq; oculis semper dilige, ELISA, tuis,  
Huic roseis (dices) affigens oscula labris :  
Tu mihi præ reliquis ô KOKIANE places.  
Tu mihi, dum vitam duco KOKIANE placebis,  
Nec nostrum diriment ulla pericla torum.  
Tuta sed attractis contingam littora velis,  
Ne laceret timidam fluctus & unda ratem.,  
Vivite & unanimi duo sitis corpora mente,  
Alter & alterius semper amore flagret.  
JANE per innumeros longævi Nestoris annos  
Vive, Sybillinos mitis ELISA dies.  
Solvite primitias Veneri, sic dulcia vobis  
Mutuus assiduo bella movebit amor.

*Ei honoris & affinitatis causâ in procin-  
ctu itineris hoc sacrum hyme-  
num cecini*

**JOHANNES HARTMANNUS**  
*Rigens. Livon.*

A 3

*Aliud*

ALIUD.

Illa dies tandem felici sidere luxit,  
Et cunctis merito est festis ornanda coronis,  
Qua latos thalami per agis felicis honores,  
JANE Camenarum decus, oq; medulla Suada  
Blandiloqua, certum! celebri te nomine dignum.  
Tu tenerum vitæ tempus sudando per artes  
Palladias duxti, cana metuensq; senecta  
Instar frugilegæ formica munera terra,  
Leges voluisti sacras, cessante labore  
Nunquam, nunc animus, fructum sentire laborum.  
Nimirum Aoniis etiam sua premia Musis  
Sunt, melior tandem et sequitur fortuna, decusq;  
Musarum comites, luctantes semper in agris  
Pegasidum belle, vincenti parva corona est.  
In thalamum dulcem venit en tibi dulcis Jane  
Ortu præsignis, formam præstansq; virago:  
Hac est, quam solam multo sudore parasti,  
Aloquius hujus, cen Pallade pingue revives,  
Nictanti flamma vigili cum infunditur illa.  
Non pietate caret rarâ, firmissima rupes  
Est ipsi Christus, generosi ponderis aurum  
Servat, et innumeros fovet hac sub pectore fru-  
ctus.

Cuncta

8  
Cuncta secundando tua promovet orsa benignus  
Omnisatorq; DEUS, qui mundi sidera torquet.  
KOKIADUM nunc JANE decus, tibi foede  
ra lecti

Et dextræ cedant, et portent comoda mille.  
Nympha hac præsignis, facie et formosa puella  
ELISABETHA, tibi duris sit rebus asylum.  
Luctum mordentem præcordia pectore pellat  
Illa tibi, sumat violentos corpore morbos  
Sola, levamen sit tibi semper et una voluptas.  
Accipe nunc ergo, suavisi mi Sponse, puellam  
HORSTJANAM ELISAM multa virtu-  
tis alumnam

Omne felici, ducas in Nestoris annos  
Rugosi hanc Nuptam, tibi reddat pignora lata.  
Sic precor et roveo, votum confirmet Jesus  
Tandem, qui factam terram celumq; capeffit.

Officii ac benevolentiae  
ergo conscriptum.

a

BASILIO GRANDOVIO.

PARA



PARAPHRASIS PSALMI CXXVIII,  
cui addita Gratulatio ad Sponsam.

**N**imum felix ! ô rerque quaterque  
beatus  
Cui Domini lex est cordi, quem devius  
error,

Tramite de recto non flectit : fercula carpes,  
Exudata tuis manibus, bellè omnia cedent.  
Nam suavis thalami consors tua, palmitis instar,  
Ædes concludet, mensam tua pignora lata  
Cingent, ceu gravidam turgentia brachia olivam  
Nam juvat Omnipotens cultorem juris & æqui.  
En thalamo tibi, *JANE*, datur nunc *ELSA*  
jugali,

*ELSA* puellaris specimen laudabile cætus.  
Plurima quam decorat pudibundo gratia vultu,  
Iam matura viro plenis adolevit & annis;  
Illa tuos sensus inflexit sola tuum cor.  
Et jam *JANE*, tibi claris virtutibus aucte,

Gratu-

Gratulor, hanc Spo

In casses cecidisse tuos : tu

Tendat, in alternas quæ in

mas.

Sponse, tuos breviter celebranti

Hæc age fac nostri sint arrha & pignora

Vivite concordés, Nuptam reverentè habeto

Sponse, tuum rursus fac dilige Sponsam, mari-  
tum

Pectore sincero, fœcundi crescite prole,

Larga manus DOMINI cœlo vos dicit ab alto.

*Affinitatis ac benevolen-  
tia ergo apposuit*

Christophorus Rigeman  
Rigâ - Livon,

B ODA

unio

ORSTIAS ELSABE,

B E, nulli puella

mere & probitate morum

Secundum amine, nuptiis

JAN ur. Piera, barbitum

ende, & exordire mecum

Lata modos fidibus jugales.

Non me Caballinis labra fontibus

Laruisse jacto, nec gelido super

Parnasso, & Hamo somniasse

Glorior, ut Lyricus repente

Poëta prodirem, & fidicen novus.

Aptare chordis, ô D E A, pollicem

Inspecte, & in Paana blandum

Hos anima numeros Thalia.

Si sacra Phœbi Sponsus ab ultimo

Solers amavit flore puertia;

Si Dadaleas expolivit

Pervigil ingenium per artes;

Justiniani si belluo Codicis

Lustravit Astræa penetralia;

Est hercle dignus, de grege Musico

Vota benè ut serat ominata

Tori